Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 111

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 253.

Cod: CXI.

Chartac: Fol: Saec 15.

A. 5.18.

Hinten got. Zierlung Blattwerk

1

Decretum Georgii Episc: Patav: de Officio S. Stephani recitando

1b

Decretum Georgii Episcopi Pataviensis ad clerum saecularem de recitando singulis hebdomadibus Officio S. Stephani Protomart: Initium est: " Georius dei et apost. sedis gratia Episc. patav. universis et singulis pre,
" positis decanis rectoribus ecclesiarum paro,
" chialium &c: Datum Wyenn die xij novemb."

2

Joan: Marchesini Mamotrect.

2b – 166b

Joannis Marchesini Mammotrectus, seu liber exponens ordine biblico voces, vocum, que significationem, orthographiam, accen, tus in Bibliis latinis, prologisque Hierony, mi, deinde in antiphonis, responsoriis, hym, nis, sanctorum Legendis, homiliis etc: Clero id temporis summa ignorantia labo, ranti cum in finem destinatus erat, ut breviarii, et legendarum intelligeret sen, sum. Plures praeferebat inscriptiones; dicebatur Mammotreptus, μαμμοθρεπτος, id est: enutritus, educatus ab avia, alii vo, cant Mammotractus, seu Mammotrectus, a trahenda, vel tractanda mamma. Editi, ones, quas de hoc opere possidet bibliotheca nostra vide in Antiquitatib: typograph: Biblioth. Seitenstett:. In codice praesenti praecedit tabula alphabetica vocum in Mam, motrecto explicatarum, in calce operis legitur:
" Anno Domini Millesimo quadringentesimo

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 111
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 254.

" tredecimo in quadragesima sabbato quatuor
" temporum completus est iste liber Nomine
" Mammatrctus. Per manus Scriptoris, dictus
" Mathias Knoll de Mairhof valde nobiles. De
" progenie Bavarorum &c: oriundus."

Joannes Marchesinus e Regio Lepidi, Mu=tinae vicino Ord. Min:, a Sixto Senensi lib: 4. Bibl. Sanctae; Antonio Possevino T: 2. Appar: Sacri p: 57.; et Oudino de Script. eccl. T: 3. col: 2562. ad annum 1450 ablegatur, quorum calculum Sequitur Fabric: Bibl: m: & inf: Lat: T: 5: pag: 22. addens: "Nam J. Marchesinus
" Mammothreptum suum, quo in primis incla=
" ruit absolvisse se significat Aº 1466."
Art qui fieri potuit, ut Mammothreptus aº 1466 elaboratus jam describeretur aº 1413? Itaque Lucam Waddingum ducem cum aliis sequi malim, qui Marchesinum aº 1300. floruisse asserunt.

3

Guillelmi Redo=nens: Appant: in Sumam Raymun=di

167a – 293b

Guillelmi Redonensis Summula, seu Appa=ratus in Summam Raymundi de Peñafort de casibus conscientiae. Initium est: "Omnem
" Scientiam, et omnem doctrinam Sacra
" Scriptura transcendit." In calce Scriptor adjecit: "Explicit Summa, sive comentum
" Reymundi &c Scripta per manus Mathie dic=
" tus Katzpeck de Müldorf valde nobilis Et finitus est iste liber Anno Domini Mº cccc º.

"Tredecimo proximo die post festum Scti Urba-
"ni Summi pontificis etc"

Idem in omnibus opus; quod supra Codice CVI. indicavimus.

4

Passio Dni N. J. Christi cum expositione. 294b–300b

Passio D: N: Jesu Christi secundum Evang: Math: capp: 26 & 27 cum expositione col-
laterali. Incipit: "In illo tempore dixit
"Jes. discip. suis scitis quia post biduum etc"
Initium expositionis est: "Pascha accipi-
"tur septem modis". Videtur ex scriptis
SS: Patrum collecta. An non idem opus cum Historia dominica passionis, quam Kropff: Bibl: Mellic: pag: 181 tribuit Nico-
lao de Dinkelspühel?

5

Sermones duo de B: V: M. 301a–303a

Sermones duo de B: V: M. Primus est de festo Visitationis Mariae, et incipit: "Bea-
"tissima Dei genitrix virgo Maria a suis
"primordiis Domino consecrata". Alter de
"Nativitate Mariae incipit: "Attendite
"karissimi ineffabilem divine majestatis
"erga nos clementiam."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 111

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 256.

6

Homiliae S. Augustini Fragment: — Fragmentum Homiliae S. Augustini in Joann: C: 12. Ego si exaltatus fuero &c. Inci, pit: " Cum ergo dominus dixisset."

303b

S. Augustinus Hypponensis Episc: obiit teste Prospero aō 430. Plura dabunt, qui vi, tam ipsius scripsēre, quos videsis in Fabricii Biblioth: lat: T. II. Lib. 4. C. 3. P. 377.

Kirr.

Cod: C.XII.

A 5.17.

Chartac: Fol: Sec: 15.

1

Math: de Cracov: Tract: de Confess: — Mathiae /: seu Mathaei :/ de Cracovia Trac, tatus de confessione, cujus initium: "Quo, niam fundamentum." Idem opus habetur supra Cod: XLIX, ubi vide.

1a – 21a "

2

Thomae Kempens: de imitatione Xti Capit: 25. — Capitula 25 ex libro Thomae Kempensis de imitatione Christi. Primum in codice nostro capitulum est in edit: Paris: /: 1640 Fol: / vigesimum quartum: de judicio, et poenis peccatorum, quod incipit: " in omnibus rebus respice finem; " ultimum nostrum est in editione primum.

21a – 38a "

Thomas Hamericken, sive Malleolus a patria Kempen, coloniensis ditionis, Kem, pensis dictus, Ord: Canon: Reg: S. Augustini obiit 1471. aet: 92.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 111

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27448

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)